

mam originem perducitur, quo de supra cap. 4. dictum,
 absque commixtione argenti viui, vel Mercurialis aquæ,
 qua de etiam supra facta mentio. Et in eo verum est di-
 ctum, quod Haly Philosophus loquitur: Spiritus, inquit,
 non coagulatur, intellige argentum viuum, nisi corpus
 prius dissoluatur, puta aurum & argentum: atque in eo
 tempus non est indifferens. Tum enim aurum & argen-
 tum spirituale fluxumque factum est, & extendi potest
 ad communem omnium metallorum materiam, quate-
 nus Metallicæ vires & spiritus argenti viui eo altius, ma-
 gis magisque cum eo coagulati & vniti sunt: idque vnum,
 absque altero, perficere nequit, veluti etiam supra, cap.
 5. inuimus. Et quãuis forti in igne fluat, nihilominus ta-
 men primum corpus, (Nota) si iterum refrigerat, neque
 commutatum est in consistentem spiritualemque essen-
 tiam: neque itidem vnitum est illo cum medio, quam
 crocus cum aqua, si aliam aquam largiri debet. Itaque
 nulla vera ars in Alchymia est, quam solummodo in ar-
 gento viuo: & profecto in argento viuo omnis supra di-
 ctæ formæ potentia consistit: Quo si quis careat, ille quo-
 que seminea virtute auri & argenti carere necessum ha-
 bet, qua de in terra crescunt.

423.

27.

EPILOGVS.

Satis superque dictum est, quid videlicet argentum
 viuum, vel omnium metallorum origo fiet, quo sine
 nullum metallum, tam in natura, quam arte, perfectum
 fieri potest. Verum nondum tamen notum est, vbi quæ-
 rendum, & inueniendum illud fiet. Illud autem Philoso-
 phi summo studio celant, & occultant, adeo vt multis ex
 milli-

Thuanus Chymic.
 Vol. 5. p. 277.